UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Virtutis Solidæ Præcipua Impedimenta, Subsidia, Et Incitamenta

Commentationibus Illustrata, Omnium Usui Aptatis. Quæ Servire Insuper Poterunt Pro Argumento Concionum: Uti Et Considerationum Tempore Exercitiorum; præsertim verò pro gemino sacræ collectionis triduo; prout ex subjectis hunc in finem elenchis patet. [...] Partes Tres

Impedimenta

Bellecius, Aloysius

Ratisbonae [u.a.], 1755

Ordo Exercitationum Pro Unico Die Collectioni Impendendo Vel Ante Sacerdotium, Vel Ejus Suspecti Anniversaria Luce, Vel circa festum Theophoriæ.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55524

Visual Library

ORDO EXERCITATIONUM

PRO UNICO DIE COLLECTIONI IMPENDENDO VEL ANTE SACERDOTIUM, VEL EJUS SUSCEPTI ANNIVERSARIA LUCE, Vel circa feſtum Theophoriæ.

Cùm omnino deceat, ut ad ſuſcipiendos Ordines ſacros mens prævia collectione præparetur; quibusdam autem triduum, quod ei impendant, nimium eſſe videatur; in horum gratiam ſeriem exercitationum pro unius diei pio ſeceſſu ſubjungo. quæ inſuper etiam iis ſervire poterit, qui quovis anno, redeunte anniverſaria ſuſcepti ſacerdotii memoria, imitando fervore, impoſiti muneris dignitatem & obligationem expendunt, aut ad imminens Theophoriæ feſtum ſingulari pietate ſe diſponunt.

SERIES FUNCTIONUM.

Meditatio I. DE divini hujus myſterii excellentia. *Part.* II. *Cap.* IV. §. I. pag. 197.

Thom. Kemp. l. 4. c. 1.

Lectio antemeridiana. De Euchariſtiæ effectibus. *Part.* II. *Cap.* IV. §. II. pag. 202.

Examen ſtatûs. De mora temporis præparationi, ſacrificationi, & actioni gratiarum impendenda. *Part.* II. *Cap.* IV. §. V. *Num.* III. pag. 260.

Conſideratio. De requiſita in ſacerdote attentione, fervore, & puritate. *Part.* II. *Cap.* IV. §. V. *Num.* I. II. & IV. pag. 251. 254. & 275.

Meditatio II. De amore Chriſti Euchariſtici erga nos. *Part.* II. *Cap.* IV. §. III. *Num.* I. & II. pag. 215.

Thom. Kemp. l. 4. c. 2.

Lectio pomeridiana. De eminentia hujus ſacrificii, & ſacerdotum dignitate. *Part.* II. *Cap.* IV. §. IV. *Num.* I. II. & III. pag. 229.

SYLLABUS
CONSIDERATIONUM
PRO TRIPLICI
SACRORUM EXERCITIORUM
CURSU.

LIcèt pro argumento conſiderationum tempore ſpiritalium exercitiorum obeundarum aſſumi etiam poſſent illæ ipſæ conſiderationes utì & meditationes, quæ paulò ante pro gemino collectionis triduo fuerunt aſſignatæ, quæque duplicem conficerent

ficerent curſum; nihilominus triplicem alium hìc ſubnecto curſum, ubi illæ ſolùm delibantur materiæ, de quibus in gemino priori triduo nulla eſt facta mentio. Pro primo deſignantur tales, quæ argumento exercitiorum magis congruunt, & breviùs expediuntur. In reliquis verò duobus res nonnihil uberiùs deducuntur. Quodſi tamen cuidam determinata hìc puncta juſto productiora fuerint viſa, quàm ut deſtinata conſiderationi hora integrè ſimul & rite expendi queant, is (quod ſuprà jam monui) unum ſolummodo paragraphi numerum conſiderandum aſſumat, reliquis vel omiſſis, vel in aliud tempus rejectis. Quamvìs ea nimis prolixa haud ſint futura, ſi non niſi illa, quàm quæ præſcribuntur, perpendenda ſeligantur. Accedit, has conſiderationes ſervire etiam poſſe pro materia lectionis ſpiritualis ſacro ejusmodi octiduo præſcriptæ.